



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

36. An delegato à non Principe concedi poſſit, ut subdeleget nomine ipsius ordinarij delegantis, nominando aut designando alium?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

test, quippe qui operam suam ad tempus
veluti Locantes Parocho, merè delegato
& concessio jure utuntur. quæ ratio valde
menti imprimenda est; quando manife-
stè ex ea deducitur, cur delegatus à Prin-
cipe, & non ab inferiore ordinario jurif-
dictionem suam mandare possit.

36. Tametsi autem Ordinarius Princi-
cipe inferior delegato suo committere
non possit subdelegandi potestatem, vi-
gore arg. in cap. cum causam 62. de appell:
L. à Iudice 5. C. de jud. L. more: 5. ff. de jurisd:
(cuius causa etiam est, quod omnis jurif-
dictio à Principis concessione gradatim
ad inferiores derivetur: leges autem &
Principes non nisi Ordinariis & à se dele-
gatis Judicibus facultatem tribuant Judi-
ces constituendi, cit. cap. cum causam.) At-
tamen probabile est, quod delegato à non
Principe videlicet Episcopo, aut Parocho
concedi possit, ut subdeleget nomine ip-
sius Ordinarii delegantis, à quo & pote-
statem accipere censeatur: ut si Episcopus
dicat in commissione: *Committo tibi hanc
causam quam si per te cognoscere nolis aut non
possis, alterum ad id eligas, cui & ipsi delega-
tam*

tam

tram potestatem volo. Gl: in cap. is cui-12. ver. per alium de offic: deleg: in 6. Abb: in cit. capit. cum causam. Item si Parochus Cooperatori mandet, ut in Ecclesia, ad quam ipsum destinat confitētium multitudine ita postulante, quemlibet Sacerdotem approbatum nomine ipsius Parochi ad excipiendas confessiones constituat. Lay: libr: 5. tr. 6. cap. 10. n. 10. Nam ita designatus ex mandato alterius, potestatem, aut beneficium accepisse censetur non à designante, sed à principali mandante. L. unum ex familia 67. §. si de falcidia ff. de legatis. Abb: in cap. cum Bertholdus n. ult. de sentent. & rejud.

37. Sed & illud controvertitur; an delegat^o à non Principe possit unum saltem ipsius causæ articulum, subdelegare? & posse respondet Barth: in L. more ff. de jurisdiom. jud: autoritate textus in Clem: 1. de off: deleg: quæ tamen nihil facit, cum de Principis delegato loquatur. Unde *communior* & verior est sententia talem delegatum non posse, neque unum causæ articulum demandare: ut benè Jason, & alii in L. Iudice C. de jud: & probatur satis luculenter ex cit. L. à Iudice: dum ibi generaliter habe-